

Johann Sibrand

**Programma Quo ... Decanus Joannes Siebrand/ U.I.D. Decretal. P.P. ... Ad Inauguralem Disputationem Viri Praenobilis Clarissimique Dn. Thomae Amsel/ Rostoch. ... Pro obtinendis in Iure tam Canonico quam Civili honoribus atque privilegiis Doctoralibus Ad d. VI. instantis mens. Septembr. In Auditorio Maiori, Ab hora VII. matutina, habendam Magnificum Dnum. Rectorem ... invitat : [P.P. Sub Sigillo Decanatus d. 26. Aug. 1694.]**

Rostochii: Wepplingius, [1694]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn736215190>

Druck Freier  Zugang



RU jurist. 6. Sept. 1694

Sibrand, Joh.















26.  
516

**PROGRAMMA**

QVO

Amplissimæ Facultatis Juridicæ, in Alma Patria  
Antecessor, & ad hunc Actum solennem

**DECANUS**

**JOANNES Siebrand**

U. J. D. Decretal. P. P. & Academiæ Senior,

*Suo, & Dnorum Collegarum nomine*

AD INAUGURALEM DISPUTATIONEM

VIRI

PRÆNOBILIS CLARISSIMIQUE

**DN. THOMÆ Ansel/Rostoch**

Dicasteri Provincial. & Cancellariæ

Sverinens. Advocati florentissimi.

Pro obtinendis in Jure tam Canonico quam **Civili**  
honoribus atque privilegiis Doctoralibus

*Ad d. VI. instantis mens. Septembr.*

Universitäts-  
Bibliothek  
Rostock

IN AUDITORIO MAJORI,

*Ab hora VII. matutina, habendam*

Magnificum Dnum. **RECTOREM**

Nobilissimi itidem & Amplissimi utriusque Reipubl. Senatam,

nec non cæteros omnes omnium ordinum Cives Academicos,

Literatos item & benivolos eorum Fautores, ea qua decet,

& fas est observantia, & humanitate, per officiosè,

& amantèr invitat.

Rostochii, Typis JOH. WEPPLINGII, Univ. Typogr.

1694





Aximam communis opinionis in praxi esse vim, nemo equidem primis eandem qui gustavit labiis, vel eidem paulisper litavit, nomenque dedit, inficias facile iverit: Hinc Doctores passim volunt, idem illam cum consuetudine obtinere robur, ut vel ipsam tollat legem, inter quos *Boerus de investitur. Feud. Cap. 5. n. 75. pag. 558.* Testis quoque hujus rei locupletissimus *Ziegler*

*Dicast. Conclus. 39.* Ita ut Judici nullatenus ab ea recedendum, nisi litem velit suam facere: imò secundum communem sententiam, Judex ab illa temere recedens, peccare censeatur. *Conf. Gail. l. O. 153. n. 5. Scacc. de Sent. Gre Jud. Gl. 14. qv. 24. n. 40.* Sed quodnam iudicium ferendum de Communi contra Communiem? Si quis curatius, in hujus rei causam inquirere velit, reperiet naturalem partim ad dissentiendum inclinationem, partim sui oblivionem, partim denique quod alii magis censeant verbis Legis esse inhærendum, alii contra interpretationi plus dandum, sibi habeant persuasissimum. De isto satis clarè testatur *l. 17. §. 6. ff. de recept. qui arbitr. rec.* ubi *Ulpianus* naturalem hanc hominum ad dissentiendum facilitatem, apertè satis arguit. Quod læpius homines sui oblivio capiat, vel inde satis adparet, quod omnium habere memoriam, juxta Imperatoris nostri effatum, magis sit divinitatis, quàm humanitatis. Infinitis id declarare exemplis tam foret facile, quàm quod facillimum. Quam sæpè reperias unum eundemque scriptorem, nunc hoc, nunc illud, quasi sui oblitum, aut quid statuerit incertum, ad severare, sicque sibi ipsi contradicere. Quod etiam duo potissimum in lege sint observanda, verba scilicet & mens, communi omnium constat calculo: Non enim una eademque in explican-

do-



do omnibus *explicua*, aliis sic, aliis aliter, & diversam ab ea mentem sibi formantibus, aliis itidem aliter rem accipientibus: Hinc animadvertimus, ab aliis aliisque in diversam sententiam rapi legem, ne dicam multum ad hoc conferre, præconceptam de re opinionem, sæpè ex nigro quæ album, & ex albo contra nigrum effingit. Nec desunt quoque, qui novandi animo, & ut quid novi reperisse videantur, ingeniiq; præclarum declarent acumen, in sententiam rapiantur prorsus alienam, ne dicam aliquando absurdam, quam dein pro aris & focis propugnare, sibi honorificum ducunt; Cedere autem, vel rectius monenti, minus conveniens, pro symbolo venditantes, NULLI CEDO. Inde ab omni ævo Sectarum diversitas, nostram quæ etiam Jurisprudentiam intestat: In qua celebriores Proculiani, & Sabiniani, quorum hi modestiores, illi confidentiores, & ad rixas proniores, ceu notavit *Biccus ad L. 3. §. 5. ff. d. A. & A. P. quest. 5.* ubi plura ad hanc rem facientia. Hinc varia *Coniunctio*, quænam scilicet inter contrarias opiniones amplectenda sententia. Hinc variæ Regulæ, aliis statuentibus eam maximè esse adsumendam sententiam, quæ rem distinctione quadam conciliandam credat, uti videre apud *Gomez ad §. rursus n. 14. f. de action.* & hoc ad exemplum Ulpiani, ab ipso Imperatore probatum *L. 18. pr. ff. de heredit. petit.* & *Gaji, L. 7. §. 7. d. A. R. D. Vid. Consil. Marpurg. Vol. 2. Cons. 29. n. 139.* Alii volunt eam prævalere debere, per quam in dubio peccatum evitetur, propter *Cap. 15. X. de Sponsal. Clement. Exivi de U. S. Pantzman. Pract. Quest. Vol. 1. qv. 10. n. 9.* Alii æquitati magis convenientem sententiam, uti quæ rigori præferenda, amplectendam censent, inter quos *Myns. C. 2. O. 10. in fin. Consil. Marpurg. Vol. 1. Cons. 29. n. 108.* Alii demum provocant ad majorem Ddorum numerum, moti auctoritate *L. un. ff. d. Offic. Quest. L. 4. pr. ibi: generaliter. ff. de his qui not. insam. L. 51. pr. ff. ad L. Aquil. L. 12. §. 27. ff. d. instr. vel. instrum. leg. vid. Menoch.*



*Lib. 2. præf. 71. N. 2. Bocér. de investit. Feud. Cap 5. N. 79. p. 558.*  
Præprimis autem est advertere, turbam Doctorum maxime in eo esse occupatam, ut instargruis gruem sequentis, sequantur sine iudicio præeuntes, uti pragmatici nostri non ponderare, sed numerare sive verere sententias, vel inde ducto argumento, quod votorum pluralitate maxime lites finiri soleant. Hinc videmus praticos, ut nominari amant, totos in eo esse, ut vel ex indicibus undique corrodant allegata, ut inde communem fabricent, parum pensi habentes abs auctoribus adlatas rationes, modo unum alterumve sit reperire verbulum, quod ad suam adplicari posse causam, credant. Sæpè videas rationes dubitandi, adduci tanquam decidendi, fucum modo Judici facere, fumumque vendere liceat. Digni sane qui fumo pereant. Fingunt communem sententiam, ubi vix singularis adparet opinio cujusdam Doctorelli. Imo ut ad suam adplicare causam queant, non verentur interpolare, ut minus censeant habendam rationem an in docendo, an in respondendo sit adhibita ab auctore sententia. Confarciunt & compilant, quicquid in Actis quondam obviam factum, rectè ne, an secus, haud perpendentes, pro singulari *πρωτόμαχ* observantes, ut primo ponant loco, quem reperere in Doctore ultimo citatum, ne scilicet videantur alieno arasse vitulo, neve adpareat per quos profecerint, amantque in furto potius deprehendi, quod plane depuduerint. Sæpius capita & Sectiones omittunt, quandoque perperam allegant, ne se suo iudicio prodant forices. Crepant Bartolos, Baldosque tantamve adducunt DD. catervam, ut vim sæpè inferant, ob quam quis vadimonium deserere possit; At si aliquantulum curatio inspexeris, nil minus reperies, quam ex in quæ inferri volunt. Alium Doctoribus ad fingere sensum, pro Stratagemate, & relicta habent, memores illius Virgilio, *virtus an dolus, quis in hoste requirat*? Ut inde ab aliis, non sine ratione, allegata



518

gata prorsus improbentur, quod Curia per se sciat Juris  
Quibusdam contra statuentibus, Doctori nihil in suam sen-  
tentiam alleganti, nihil vel parum habendum fidei, quam-  
vis alias magnæ sit auctoritatis. *Limnaus de Jur. Publ. Lib. 6.*  
*Cap. 1. n. 45.* Unde tritum, Erubescere Jurum sine Lege lo-  
qui. Aliis incedentibus cum turba Legum & Ddorum, im-  
manum quantum creduli, non perpendentes, quis, aut quid  
dicat, immemores, libros falsis scatere allegationibus, tum  
ob typhotetarum incuriam, tum quod ex aliis fideliter ex-  
scribant, Sphalmata Sphalmatibus coacervantes. Aliis  
se maxime reddentibus suspectis, veris rerum æstimatori-  
bus, allegando Auctores quos nunquam viderint, quod ra-  
ro obviam, ne mendacii convinci queant, nec sciri possit, an  
allegatus Auctor casui adducto conveniat. Alii nomina au-  
ctorum sibi fingunt, alios pro aliis substituentes, parum me-  
mores moniti sacratissimi nostri Imperatoris, qui suo exemplo  
edocere contrarium voluit, auctores scilicet suis esse citandos no-  
minibus. *L. 2. §. 10. & 20. ut & L. 3. §. 10. & 20. C. de F. 7. E.* Ast quor-  
summe abripit commentandi fervor? quo inductus Dispu-  
tatione *Clarissimi* nostri *CANDIDATI*, uti qui Thesisibus suis  
Extemporaneis, præbere specimen voluit, quatenus com-  
muni inhærendum opinioni, quatenus etiam illi divortium  
rectè mittatur, & quo artificio Ddres adducendi. Noluit  
scilicet in furto deprehendi, sed per quos profecerit, quique in  
praxi Duces, indicare, & vel aliud agendo demonstrare inge-  
nuè voluit. Cujus quidem de vita & studiis, more in hæc  
Alma usitato, quædam adjicere, Programmatis sibi poscit  
ratio. Natus autem is hæc loci, Anno 1664. d. 14. Martij.  
Patre *VIRO Nobilissimo, Consultissimo, Excellentissimoq; DNO.*  
*ANDREA Amstel/ U. J. D. & SERENISSIM. DUCUM*  
*MEGAPOLENSIUM, Provincialis Consistorii Adessore, &*  
*Professore Digestorum fulgidissimo, Collega quondam*  
*æstumatissimo, vives athenis.* Matre *MARGARETHA*  
*Schmie*

Xi

Schmie



**Schmiedes** / Fœmina sui sexus virtutibus spectatissima, per DEI gratiam, adhucdum, & faxit Numen, quàm diu-  
tissime, superstitè. Statim autem, & primis annis, priva-  
tæ informationi *DN. FELLERI*, nunc Gymnasii Berolinensis  
Sub - Conrectoris, concreditus : ( nec tamen ipse beatus  
Dn. Parens, suo defuit officio, sed exactissima cura, fide-  
lissimaq; institutione tenerum confirmavit animum.) Disce-  
dente hoc ephoro, publica usus informatione, *DN. M.  
NIHENKII*, tum temporis Rectoris, nunc templi Petri  
Pastoris vigilantissimi, & b. m. *DN. MOHRII*, Con-*Re-*  
ctoris quondam, cujus præprimis privata opera egregiè ad-  
jutus. Hos exceptit *DN. M. MANZELII*, Græcæ Lin-  
guæ tum temporis P. P. nunc Gymnasii Gæstroviensis  
Rectoris dignissimi, fidelis informatio, qui ad Philosophiæ, &  
Eloquentiæ, nec non Philologiæ adyta aperuit ulterius  
viam, ne crudum studium aliquando in forum propelleretur.  
Quibus exantlatis, animum adplicuit ad Themidos sacra,  
præprimis ductore & doctore p. m. laud. Ampliff. Dn. Pa-  
rente, sub quo & Institutiones, & ff. absoluit: Et matriculæ,  
Rectore Magnifico Maxime Reverendo *DN. D. WOLFIO*, Div.  
Mariæ Pastore vigilantissimo, Collega honoratissimo, nomen  
dedit. Et reliquorum quoq; Dnorum Antecessorum frequen-  
tavit Lectiones, identidem sese frequenter exercendo, tum op-  
ponendo, tum respondendo, tam publicè, quàm privatos inter  
parietes. Præprimis cum Illustrissimi *COMITES DE LAUEN-  
HAUPT* rarissimo exemplo, publice disputando sese exhiberent,  
occupavit opponentium subsellia. Principia Juris Naturalis  
ductu Excellentissimi, Maximeq; Reverendi *DN. SELIGMANNI*  
tum temporis Prof. Publ. & Divi Jacobi Præconis fidelissimi  
Collegæ atq; Compatriis honoratissimi, nunc *D. Thomæ Ec-  
clesiastæ* apud Lipsienses Vigilantissimi, Fautoris atq; amici  
nostri longè æstumatissimi, egregiè jecit. Cum verò placuisset  
locum mutare, jurisq; scientiam in exteris Academiis uberius  
excolere



54.

excolere, *Tubinga* præ reliquis electa, vel ea propter quod comitibus uti liceret Illustrissimis ante memoratis Comitibus, sicque iter per *Luneburgensem* districtum atque *Hassiam* susceptum, salutatisque Academiis *Giessena*, & *Marpurgensi*, *Francofurtum* petiit, inde *Heidelbergam* profectus, & adeundo *Aulam Stutgardensem*, *Tübingam* se contulit, hospite usus **DN. FROMMANNO**, Jcto Excellentissimo, Fautore honorando. Interea non negligendo reliquos Excellentissimos Antecessores, **BARDILLUM**, **HARPRECHTUM**, **KURRERUM**, & **SCHWEDERUM**, seseque opponendo identidem exercuit. Ludwelli Disputationes prælegit Excellentiss. **DN. D. JACOBUS SCHRODERUS**, Consiliarius Wirtembergicus, & ni revocatus à Dno. Parente, Præsidente Amplissimo Frommanno, de differentiis actionum ordinariorum, & summariarum, disputare cum animo suo constituerat: Defendit interim, ne nihil egisse videretur, ex ipso *Lauterbachio* materiam de postulando, & de his qui notantur infamia. Postmodum *Ulmam*, ab hinc *Argentoratum* petiit, ubi audivit Excellentiss. Dnum *Rebhanium* Præceptorem nostrum per biennium etiam post urnam honorandum. Humanissimè imprimis exceptus abs Nobiliss. Dn. Consiliario **STOSSERO**. Sed placuit per *Lotharingiam*, atque *Campagniam*, *Gallie* metropolin petere, ubi Parisiis offendit iterum Illustrissimos supra nominatos Dnos **COMITES**. Ex *Gallia* in *Angliam* transtretavit, ibique rebus visu & memoratu dignis, perlustratis, *Oxfordiensem* *Academiam* adiit, inibiq; Bibliothecam, fama per orbem notam, perlustravit, inde ad *Batavos*, ubi aliquantulum *Academia Leidenensis* eundem retinuit, quoque minus inferiora *Hispania* loca inviseret, interveniens impedimentum effecit: quare per *Westphaliam* in patriam revertus, studium Juris sub b. m. Dn. Parente continuavit, & feliciter absolvit. Qvovis



quo minus ex voto, tum legationes varia, & Diætæ Provinciales, quibus interesse cogebatur, prohibuere. Quare, potissimum adjunxit operam & studium Ampliff. DN. D. LEMKENII, p. m. Antecessoris Excellentissimi, Fautoris quondam & Collegæ conjunctissimi, sub quo & Institutiones, & ff. iterata vice absolvit, ita tamen ut reliquorum Dnorum Antecessorum non neglexerit lectiones publicas, usque dum graviori morbo lecto adfixus, cursus aliquantulum studiorum interrumpere. Insequuta Parentis B. mors. Unde animum ad praxin adplicare coactus, probe sub piè functo Parente jactis fundamentis. *De beneficio competentie* publicè disputavit Præfide DN. D. KLEINIO, Antecessore fulgidissimo, & Consistorii Ducalis Adsessore gravissimo, amico & fautore multis nominibus colendo. Anno demum 1687. in numerum Advocatorum in illustrissimo Sverinensi *Cancellaria* Judicio, gratiosissimè relatus; sequenti autem Anno 1688. in Dicasterio Provinciali in matriculam Ordinariorum Advocatorum receptus, quo quidem tempore Ampliffimæ Facultati nomen dare animus fuit, sed plures obvenientes causæ sententiam mutarunt, & destinata distulerunt. Dum die XVII. Octobr. Anni præteriti, me Decano, postquam nomen Ampliff. nostræ Facultati professus, examen sic satis rigorosum summa cum laude sustinuit, quo exantlato communi suffragio *ad Disputationem Inauguralem* habendam admissus: cui quidem demum, ob varia obstacula quæ remoras iniecere, d. 6. Septembr. volente Deo destinatus. Quare Magnificum DN. RECTOREM, Utriusque Reipubl. Nobilissimum ac Amplissimum SENATUM, nec non omnes omnium Ordinum Cives Literatos, literarumque fautores, sua ut frequentia disputationem hanc Inauguralem illustriorem reddant, ea qua par est observantia ac humanitate invito.

P. P. Sub Sigillo Decanatus d. 16. Aug. 1694.













culum, add. tot. tit. C. Cred. Evid. non, ibid, & ad l. 11. §. 16. ff. de act. emt.

XXVII.

An Appellatus, qui vicerat in' p'cumbens in altera, condemnandus sit i' t'æ expensas, non una omnium est opinio. 2. q. 6. & Innoc. in c. sape de Appell. id ipsum affirmat, idemque sentire auctoritate in form. lib. act. real. ingl. verbi & expens. 2. Conf. X. n. 1. alii à cit. Uran. cit. C. n. 3. n. citati, primam sententiam si ex primitio fiat, appellatum a condemnatione liberare, simpliciter contendunt, add. n. 35. seqq. Grav. Concl. 152. Conf. 1. n. 7. Decil. 150. al. 10. & ita in Rota Rom. Æmyl. Dec. Rotæ P. 1. D. 179. & D. 340. in Curiis, Judiciis, ac foro juste observari practitari, per plures all. Dd. testatur Resp. 60. n. 152. alii contra illo casu regulariter pensandas volunt. Bald. in l. f. in f. G. q. est necess. Alex. Conf. 183. n. 16. Lit. b. Specu. videndum vers. quod de appellato & ita in observari testatur Gail. 1. Obs. 152. n. 5. cum Praxis edoceat, saepe appellatum expensas, ut plurimum vero expensas conamplēctimur principium, sed firmiter negotium relinquendum arbitrio Judicis appellatus succumbens in secunda instantia litigandi causam nec ne, æstimare debe

B<sub>3</sub>

526.  
Brunna

ia, succumbens in  
instantia. ff. in C.  
distincte  
Pap.  
us Tom.  
1. n. 23;  
lemna-  
m non  
incl. 54.  
Rotæ  
ri Paul.  
entiam  
nunter  
Vol. 2.  
s com-  
are non  
S. nunc  
ulariter  
6. nos  
i in ex-  
eutralium  
totum  
an ap-  
justam

XXVIII.

